



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ivlii Cæsarisi|| Scaligeri|| Epistolæ|| &|| Orationes||

Scaliger, Julius Caesar

Lugduni Batavorum, 1600

Ivlivs Cæsar Scaliger Galliardo Aviano Senatori Burdigalensi s. XXXV

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70455](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70455)

140 IVLII CÆSAR. SCAL.
ma castigatione ita in eum animaduertatur, vt & a continuatis sceleribus retrahatur,
& ab imminenti prauitate deterreatur, &
vniuersa prouincia sciat eū esse, qui id Agen-
ni perpetravit, non de communi medico-
rum nomine male suspicetur: neue per vo-
bonis quoque aut saltem cæteris malis tam
atrocias facinora audere liceat. Vale.

IVLIUS CÆSAR SCALIGER
GALLIARDO AVIANO
Senatori Burdigalensi s. xxxv

Et si non minus mea, quam tua ipsius
interesse existimabam, quod esses cau-
ris cum Patribus conscriptus, ac propterea
non magis me tibi, quam te mihi gratulan-
posse: tamen quum ad mores meos respicie-
bam, vehementer ad me pertinere arbitra-
bar, si quem amore vicissim, ei quoque of-
ficio anteuerterem. Illud distinebat ani-
mum meum, quod qui lætitiae modum fa-
cere nequiuissim, eam ne verbis quidem
consequi valerem: in communi tamen
bonorum gaudio sperabam euenturum, vt qui
mihi voluptatis plenum ius reliquistent, de-
fficacia quoq. orationis decederent. Gra-
tulor igitur, Auiane, nō tam tibi, quam vni-
verso

verso senatui , qui per se magnus ac sanctus
tuæ sapietiae accessione futurus sit illustrior.
Magnum ille dederat testimonium erudi-
tionis tuæ, iustitiae, grauitatis, quum te olim
in suum ordinem cooptarat : maius nunc
Præses senatus sanctioris, qui te etiam ante-
posuit suis : maximum consensio omnium
ordinum , etiam plebeiorum, quod homi-
num genus quum sit maxime inconstans,
ac leuissimis quibusque de causis moti se-
cum ipsi pugnant, persistit semper ea in sen-
tentia, te vnum esse , cui vel iste , vel etiam
maior locus deberetur. Ego vero & cum il-
lis facio recte iudicantibus, & puto etiam te
eorum omnium opinionem maiorem. Quam-
quam enim de vniuerso Senatu cuncta
magna atque diuina semper sensi , tamen
puto te eorum virtutibus tam luminis at-
tulisse , quantum ab ipsis acceperis. Quare
hanc gratulationem non tam meam vnius,
quæ cunctæ Aquitaniæ esse vclim tibi per-
suadcas. Me vero quum iam cœpisset mi-
nus pœnitere esse inter nostros Barbaros ,
propterea quod non longe a nobis sapien-
tia tua reficere ac recreare cōsueuisses, nunc
vero vel libens manendi consilium ineam,
quum tuæ potentiarum præsidio nos etiam tu-
to agere intelligo. Vale, & meis verbis Val-
leam,

142 IVLII CÆSAR. SCAL.
leam , atque utrumque Montanum saluta
Pridie Cal. Ianuar.

SEBASTIANO GRYPHIO
TYPOGRAPHO LUGDVNVM.
XXXVI.

MULTVM diuque expectavi, dum orationem meam aut ederes, aut remitteres, quorum alterum facile fieri potuit, alterum etiam commode potuisse existimabam. Nam & frequentia commeantium mercatorū vti licuit tibi pro opera tabellariorum, quibus eam committeres, & quam minimo sumptu describi tuis Typis elegantissimis. Ac quanquam non quero adduci, ut credam, te magni animi virum, atque bonarum vindicem literatum abductum lucro hoc officii genus, quod erga felicia ingenia præstas, in hac opera sumenda interrupisse: tamen si me facias certiorem; quantum tibi pecuniarum sit satis, quam primum feres. Amo enim illam, vel quod in ea, inuita morte, etiam inum filiolus meus spirat: vel quod illi defuncto successit ipsa, quasi fœtus alter metis. tanto carior, quod ille mortalis fuerit: hæc animi mei soboles tuo auspicio nunquam interitura videatur;

Quod